



Universitätsbibliothek Paderborn

DE || LIBERTATE || CHRISTIANA ||

Lensaeus, Johannes

Antverpiae, 1590

Capvt XIII. Non irritum atque inanem, sed vtilem planè eorum conatum
compertum esse, qui terroribus, minis, pœnisve hæreticos ad fidem
compellunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46059](#)

quia paratum ad obedientiam: & hoc ipsum de singulari dono eius qui conterit cedros libani, & superbiae montes deiicit, ut humilitatis valles efficiat, in quas procliviore lapsu possint gratia cælestis fluenta decurrere. Sed eum qui sibi cor molliuit atque aperuit, ut id fieret, pulsasse meminerimus; nec simpliciter pulsasse, verum etiam compulisse: non ut iniitus ille crederet, ac nolens obediret, sed ut per compulsionis violentiam superbii cordis fracta duricie, humili agnosceret atque susciperet, quod superbis durusq. persecutor, exterminare nitebatur. habes ergo vim quæ fidem expref-
fi: quam si diuinam, non humanam fuisse dixeris, nihil egeris. Eadem enim est, à quocunque profecta sit, natura violentiæ: nec tam interest à quo vel per quem adhibetur, quām quò quisque per eam compellatur. Quid ergo illud quod vulgatū dicis: Ad fidem nemo nec debet, nec potest cogi? apud quos vulgatum, nisi apud vos est? Et si eo, ut dicis, Augustinus usus est, quod tamen non ostendis; cur contra Donatistas agēs, apud quos etiam hoc vulgabatur, Pauli Apostoli producit exemplum, quem Dominus non solum fide sanauerit, sed etiam ut sanaret percusserit? nec solum ad se receperit venientem, verum etiam compulerit ut veniret? non solum humilem amplexus sit, sed etiam, ut humili fieret, magna vi ferocientem deiecerit?

CAPUT X I I I.

Non irritum atque inanem, sed utilem planè eorum conatum, compertum esse, qui terroribus, minis, pænísve hereticos ad fidem compellunt.

AD hæc (inquis) miseri, cæciique, quām vani & ir-
ritati sint illorum conatus, nō vident. Quantum
uis enim gue præcipiant, siue insariant, non tamen vi-
ta agere possunt mortales, quām ut eos ore manuve-
sequan-

658 DE CHRISTIANA LIBERTATE
sequantur. Corenim nequeunt impellere eum si
ruinpatur. } Magna verò tu cæcitate in hæc verba pi-
ceps erumpis; tuaque ex hac miseria, cæteros quoque
morales perinde miseros aestimas. Falleris, nō eadem
omnium quæ tui cordis obstinatio est. quāquam de
de te compertum habeas. multos in hæresi detinet
mollior quedam & laxior viuendi consuetudo; qui
interdum, cùm sic viuere cupiant, negent tamen vello
se ita mori. Tenent alios rei familiaris vincula, alios
propinquitatū necessitudines, alios possessiones, alios
hæreticorum de Catholicis mendacia; quorum magne
sequuntur gratulationes, quodd eorum per compulso-
nem, Deus vincula diruperit, atq. ad communionem
Catholicam isto modo traduxerit. Reperiuntur & illi
qui cùm errorem amplexi fuissent, securius quam ac-
tentius; postea terroribus excitati, putent sibi, quod
simplicius tenuerant, discutiendum; ideoque monitis
arque instructionibus aures præbent, ne foris sine ulla
fructu salutis æternæ, damna temporalia patiantur.
Denique & illi qui errabat antea pertinaciis, tamet
Catholicæ consuetudini redditi, primò inuiti selec-
commodent atque adiungant, sicutaque obediens
aliquanto tempore suis illudant pastoribus: raro
ipsa interdum mollescant consuetudine, tandemq.
lubentes faciunt, quod, metu compulsi, antea facie-
consuerunt. Neque hæc temporis huius dum taxaret
perientia comperta sunt; sed evenire ad eum modum
suo quoque tempore expertus fuerat Augustinusque
cùm Donatistæ aduersari sibi Principum leges que-
rerentur: respondit propter misericordiam Christi
magis esse pro eis leges istiusmodi, quæ illis videbantur
aduersæ. Quoniam multi, inquit, per illas correli-
sunt, & quotidie corriguntur, & se esse correctos, aq.
ab illa furiosa pernicie liberatos, gratias agunt: & cu-
oderant, diligunt, molestasque sibi fuisse salubrissi-
legos, quarum in insanìa detestabantur, tantum re-
cepit

Epistola 50.
ad Bonifacium.

cepta sanitate gratulantur. Et rursus, Vnde magna
inquit, in eo sit misericordia, cum etiam per istas Im-
peratorum leges, ab illa secta prius eripiuntur iniuri,
ut in Catholica postea bonis praeceptis & moribus sa-
nentur assueti. Nam multi eorum, quorum iam in vni-
tate Christi pium fidei seruorem charitatem que mi-
ramur, cum magna laetitia Deo gratias agunt, quod
illo errore corruperunt, ubi mala ista bona putauerunt.
Quas gratias modò volentes non agerent, nisi prius
etiam nolentes, ab illa nefaria societate discederent.
Quid de illis dicamus, qui nobis quotidie cōfidentur,
quod iam olim volebant esse Catholici, sed inter eos
habitabant, inter quos id quod volebant esse, non po-
terant per infirmitatem timoris? ubi, si unum verbum
pro Catholica dicerent, & ipsi, & domus eorum fun-
ditus cuerterentur. Quis est tam demens, qui neget
istis debuissè per iussa Imperialia subueniri? ut de tāto-
querentur malo, dum illi quos timebant, timere
coguntur, & eodem timore aut etiam ipsi corriganter,
aut certè cum se correctos esse configunt, correctis
parcunt, à quibus antea timebantur. Et iterum: Si ea
qua non contempiu, sed ignorantia religionis com-
mitiuntur, mitius vindicanda; numquid ideo negli-
genda sunt? Melius est quidem (quis dubitauerit) ad
Deum colendum doctrina homines duci, quam pœ-
nitore timore vel dolore compelli: sed non quia isti me-
liores sunt, ideo illi negligendi sunt. Multis enim pro-
fuit (quod experimentis probauimus & probamus)
prius timore vel dolore cogi, ut postea possint doceri,
aut quod iam doctrina didicerant, opere sectari. Et in-
fra: Cum ipsæ leges, inquit, venissent in Aphricam,
principi illi qui quærebant occasionem, aut saevitiam
surgentium metuebant, aut suos verecundabantur of-
fendere, ad Ecclesiam continuò transierunt. Multi
etiam qui sola illic à parentibus tradita consuetudine

660 DE CHRISTIANA LIBERTATE
tenebantur, qualem verò causam ipsa heresis habet, nunquam anteà cogitauerant, nunquam querere & considerare voluerant: mox vbi cœperunt aduertire, & nihil in ea dignum inueniri, propter quod tandem damna paterētur, sine ylla difficultate Catholicis facti sunt. Docuit enim eos solicitude, quos negligentia securitas fecerat. Istorum autem omnium præcedentium auctoritatem & persuasionem secuti sunt multi, qui minùs idonei erant per seiplos intelligere, quid distaret inter Donatistarum errorem, & Catholicam veritatem. Ita, cùm magna agmina populorum venientia in sinum gaudens recipere, remanserunt turbæ duræ: ex quibus plurimi simulando cōmunicauerunt, alij paucitate latuerunt. Sed illi qui simulabāt, paulatim assuēscendo, & prædicationem veritatis audiendo, ex magna parte correcti sunt. Scit enim Dei misericordia, harum legum terror, & quædam medicinalis molestia quām multorum sit prauis vel frigidis ammis necessaria, & illi duritiæ, quæ verbis emendari non potest. Hæc diuus Augustinus.

CAPUT xv.

Cūm duplēm faciant religionis libertatem, conscientia videlicet, atque exercitij: neutrām in Rēpublicam introducendā esse, aut Ecclesia Dei vlo modo conuenire, ac primū de libertate cōscientia;

DE MONSTRATIS hactenus, conuulsisque pri-
mariis libertatis perniciose fundamentis, ostendamus nunc, eiusmodi libertatem nullo pacto intro-
ducendā esse in Rēpublicam, neque eam cum Ec-
clesia Dei materna solitudine, vnitate, pulchritudi-
ne, ordine, disciplina bene consistere: vt posteaquam
intellectum est, illos in libertate sua petenda, malè esse
fundatos; intelligatur etiam, Catholicos in eadem ne-

ganda
confir-
bipart
facian
statij p
Consc
cūm p
suntre
& con
expræ
lebat h
ideat
factic
de his
proles
taxat a
in ijs
tur, ita
aiunt,
offenc
dalib
Eccle
partiat
nulla c
nis ge
etiam
fisrep
conta
cuati
squeri
tati, c
ipsa p
que, v
mus i
ite vi